

Johanni Cincinno Lippensi

Anno d. 1570.

CL. Claudia
Guide Proser-
pine raptu libri tres iucundissi-
mi cū argumētis Jani Parrhasij

T. PHAEDRI.

Quid miseræ prodest Cereri exorasse Tonantem?

Vt natam alternis mensibus acciperet.

Rapta erat ab Dite rur' us Proserpina auaro

Obrutaq; in stygijs illa latebat aquis.

At bonus adurgit Ianus qui vindice lingua

Eripit e manibus raptor acerbetuis.

Et iubet ad superos ire & volitare per ampla.

Ora virum tantum plus Ioue Iane potes.

Iane tibi dea si tantum Proserpina debet.

Quæ ratio accipiet nomina (dic) hominum?

IRL

CL. CLAVDIANI. IN RAPTVM,
PROSERPINAE PRAEFATIO

INVENTA SECVIT PRIMVS QVI
NAVE PROFVNDVM
ET RVDI BVVS REMIS SOLLICITA,
VIT AQVAS.

Qui dubijs ausus committere statibus alnum
Quas natura negat. prębuıt arte vias.
Tranquillis primum trepidus se credidit vndis
Littora securo tramite summa legens.
Mox longos tentare sinus. & linquere terras
Et leni cępit pandere vela noto
Ast vbi paulatim pręceps audacia creuit
Cordaꝫ languentem dedidicere metum.
Iam vagus irrupit pelago. cęlumꝫ secutus
Aegęas hyemes. loniumꝫ domat.

¶ Argumentū primi

Dux hercbi Plute n molitur bella Tonanti.
Quod dulces natos. exoptatosꝫ hymengos
Nesciat. exorāt parę. ne classica pulsent
Rauca prius. cę grāta louē connubia poscat.
Ditis Atlantiades celeres ser Iussa per auras
Audierat mandata pater. secumꝫ volutat
Diuerfos duçens animos. quę tale sequatur
Coniugiū patruı tandem Proserpina lecto
Damnatur. quā flaua Ceres (heu cęca futuri)
Aethere deserto. siculis cōmiserat oris.
Turrigeręꝫ petit Cybeles secura penates
Accelerat pręcepta Venus. iussuꝫ parentis.
Pallas. & ipsa comes veneri soror addita Phcebi
Ve ventū ad sedes plaudentē pectine telas.
Germanam offendūt. rediturę munera matris.

LANDES-
LIND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

CL. Claudian. de raptu proserpine. Li/
ber primus.

Inferni raptoris equos, afflataq; curru
Sidera tenario, caligantesq; profunde
Iunonis Thalamos, audaci promere cantu
Mens congesta iubet. Gressus remouete profani
Iam furor humanos nostro de pectore sensus.
Expulitq; totum spirant precordia Phœbum
Iam mihi cernuntur trepidis delubra moueri
Sedibus, & claram dispergere lumina lucem.
Aduentum testata Dei. Iam magnus ab imis
Auditur fremi: us terris Templumq; remugit
Cecropidum. Sataq; faces extollit Eleusis
Angues Triptolemi strident, & squammea curuis
Colla leuant astricta iugis, lapsuq; sereno
Erecti, roseas tendunt ad carmina cristas
Ecce Procul ternis Hecate variata figuris
Exoritur. Lenisq; simul procedit Iacchus
Crinali florens hedera, quem Parthica Tigris
Velat, & auratos in nodū colligit vngues.
Ebria Mœonijs ligit vestigia Thyrsis.
Dij quibus innumerū vacui famulatur auerni
Vulgus iners, opibus quorū donatur auaris
Quicquid in orbe perit. Quos styx liuētib' abicit
Interfusa vadis, & quos fumantia torquens
Aequora gurgitib' phlegethon plustrat anhel.
Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum
Et vestri lecteta poli, qua lampade ditem.
Flexit amor, quod ducta ferox, proserpina raptu
Possedit dotale chaos. Quantaq; per oras
Sollicito genitrix errauerit anxia cursu

A ij.

Vnde date fruges populis. & glande relicta
Cesserit inuentis dodonia quercus ariftis
Duxeribi quondam tumidas exarfit in iras
Prælia moturus superis quod solus egeret
Connubijs. sterileſq; diu conſumeret annos
Impatiens neſcire torum nullaq; mariti
Illecebras. & dulce patris cognoscere nomen.
Iam quæcunq; latent ferali monſtra Barathro
In turmas aciemq; ruunt. contraq; Tonantē
Coniuraut Furia. crinitaq; fontib⁹ Hydris
Tiſiphone. quatiens infauſto lumine pinum
Armatoſ ad caſtra mouet pallentia manes
Pene reluctatiſ iterū pugnantiâ rebus
Rupiffent Elementa fidem. penitufq; reuulſo.
Carcere. laxatiſ pubes Titania vinculis
Vidiſſet Cœleſte iubar. rufuſq; cruentuſ.
Aegæon. poſitiſ arſto de corpore nodiſ
Obuia centeno vexaſſet fulmina motu.
Sed parca vetuere minas. orbicq; timentes
Ante pedes ſoliumq; Ducis fudere ſeuæram.
Caniciem. genibuſq; ſuaſ cum ſupplice ſtetu
Admouere manus. quarū ſub iure tenentur
Omnia quæ ſeriem fatorum pollice ducunt.
Longaq; ferratiſ euoluunt ſecula penſiſ
Prima ſero Lacheliſ clamabat talia Regi
Incultas diſperſa comas. O maxime noctiſ.
Arbiter. vmbrarūq; potēſ cuiſ nſa laborant
Stamina. qui ſinem cunctiſ & lemīna præbeſ.
Nā cendiq; viciſ alterna morteꝝ rependiſ
Qui vitam læ. ūq; regiſ. Nā quicquid vbiq;
Gignit materiſ. hoc te donante creatur.
Debeturq; tibi cunctiſ ambagibuſ æui
Rurſuſ corporeoſ animæ mutantur in artuſ

Ne pete firmatas pacis dissoluere leges
Quas dedimus. neuitq; colus neu prelia fratrum
Ciuili conuertē tuba. cur impia tollis.
Signa? quid incestis aperis Titanibus auras?
Poste iouem dabitur cōiunx. Vix ille pepercit
Erubuitq; preces. animusq; relanguit atrox
Quāuis indocilis flecti. Ceu turbine rauco
Quom grauis armatur boreas. glacieq; niualis
Hispidus. & gelida cōcretus grandine pēnas.
Flare cupit. pelagus. syluas. cāposq; sonoro
Flamine rapturus. Si forte aduersus ahenos
Aeolus obiecit postes. vanescit inanis
Impetus. & fractę redeunt in claustra procellę.
Tum maia genitū. qui feruida dicta reportet.
Imperat acciri. Cyllenius astitit ales
Somniferā quatens virgā. tectusq; galero
Ipse rudi folio fultus nigraq; verendus
Maiestate sedet. squallent immania scædo
Sceptra situ. sublime caput mœstissima nubes
Asperat. & dirę riget inclemētia forme
Terrorem dolor augebat. tunc talia celso
Ore. tonat (tremefacta silē) dicente Tyranno
Atria. latratū triplicem copescuit ingens
Ianitor. & pressō lachrymarū fonte reledit.
Cocytus. tacitis Acheron obmutuit vndis
Et phlegethonthææ requierūt murmura ripę
Atlantis tege nepos cōmune profundis
Et superis numen. quī ius per limen vtrūq;
Solutus habes. geminoq; facis cōmertia mūdo
I celer. & proscinde notos. & iussa superbo.
Redde ioui. tantū ne tibi squillime fratrum.
In me iuris habes? si nobis noxia vires
Cum cęlo fortuna tulit. nō robur & arma

Perdidimus, si rapta dies, an forte facentes
Ignauosq; putas: q; non cyclopea tela
Stringimus, aut vanas tonitru deludim⁹ auras
Nonne satis visum est: grati q; luminis experts
Tertia supremę patior dispendia fortis?
Informesq; plagas: quom̄ teletissimus ornet
Signifer & vario cingant splendore triones,
Sed thalamos etiam prohibes. Nereia Glauco
Neptūnum gremio complectitur Amphitrite,
Te consanguineo recipit post fulmina fessum
Iuno sinu. Quid enī narrem latonia furta?
Quid Cererē: Magnāq; Themis. vbi tāta creādi
Copia, te felix natōrum turba cor onat.
Ast ego deferta mērens inglorius aula
Implacidas nullo solabor pignore curas?
Non adeo toleranda quies, primordia testor
Noctis, & horrende stagna intemerata paludis,
Si dicto parere neges patefacta ciebo
Tartara, Saturni veteres laxabo catenas,
Obducam tenebris lucem, compage soluta
Lucidus vmbroso miscabitur axis auerno.
Vix ea fatus erat iam nuncius astra tenebat
Audierat mandata pater, secunq; volutat
Diuerfos ducens animos, quę tale sequatur
Coniugium, Stygiosq; velit pro sole recessus
Certa requirendi tandem sententia sedit,
Aetnę cereri proles optata virebat
Vnica, nec tribuit sobolem lucina secundam,
Fessaq; post primos hęserunt viscera partus,
Insecunda quidem, sed cunctis altior extat
Matrib⁹, & numerū damnum Proserpina pēfat,
Hanc fouet, hanc sequit̄, vitulā nō blād⁹ ambit
Torua parēs, pedibus quę nōdum proterit arua

Nec noua lunatę curiauit germīna frontīs.
Iam vicina torō plenīs adoleuerat annīs
Virginitas. tenerum iā pronuba siēma pudorē
Sollicitat. mixtaq; tremīt formidine votum.
Personat aula proci. pariter pro virgine certant
Mars clypeo melior. phēbus p̄stantior arcu.
Mars donat Rhodopen. phēb⁹ largiē Amyclas
Et Delon Clariōsq; lares. hinc emula Iunio.
Hinc poscit Latona nurum. despexit vtrunq;
Flaua Ceres. raptusq; timens (heu cęca futuri)
Commendat siculis furtim sua pignora terris.
Infidis natam laribus commisit alendam.
Aethera deseruit. siculasq; relegit in oras.
Ingenio confisa loci. Trinacria quondam
Italīę pars vna fuit. sed pontus & cętus
Mutauere sitim. rapuit Confinia Nereus
Victor. & ab cissos interluit equore montes.
Paruaq; cognatas prohibet discrimina terras.
Nunc illam socie raptam tellure trifulca
Opponit natura mari. caput inde pachyni
Respicit ionias protentis rupibus iras.
Hinc latrat getula thetis. Lilybęaq; pulsat
Brachia confurgens. hinc dedignata teneri
Concutit obiectum rabies Tyrrhena pelorum
In medio scopulis se porrigit Aetna perustis.
Aetna gigantęos nūq; tacitura triumphos
Enceladi bustū. qui saucia membra reuictus
Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur
Et quoties detrectat onus ceruice rebellī
In dextrum læuumq; latus. tunc insula fundo
Vellitur. & dubię nutant cū moenibus vrbes
Aetnęos apices solo cognoscere visu
Non aditu tentare licet. pars cętera frondet

Arboribus. teritur nullo cultore cacumen
Nūc mou et idigenas nymbos. piceaq; grauati
Fœdat nubediem. nūc motibus astra lacellit
Terrificis. damniq; suis incēdia nutrit
Sed quamuis nimio feruens exuberet estu
Scit niuibus seruare fidē pariterq; fauillis
Durescit glaciēs tanti secura vaporis
Arcano defensa gelu. fumoq; fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas
Quę scopulos tormēta rotēt. q̄ tāta. cauernas
Vis glomeret. quo fonte ruat vulcanius ignis
Sive quod obijcib⁹ discurrens ventus opertis
Offenso per saxa furit rimosa meatu
Dum scrutatur iter. libertatemq; reposcens.
Putrida multiuagis populatur flatib⁹ antra
Seu mare sulphurei ductū per vi cera montis
Oppressis ignescit aquis & pondera librat
Hic vbi seruandū mater fidiſſima pignus.
Abdidit. ad phrygios tendit secura penates
Turrigeramq; petit Cybelem. sinuosa draconū.
Membra regēs. volucrisq; perauia nubila tractu
Signant & placidis humectant fręna venenis
Frontē crista tegit. pingunt maculosa virētes
Terga notę rutilū. squammis itermicat aurū
Nūc spiris Zephyrostranant. nūc arua volatu
Inferiore secant. cano rota puluere labens
Sulcatam fœcundat humū. flauescit aristis
Orbita. surgentes scindunt vestigia fruges
Vestit iter comitata leges. lā lınquitur etna
Totaq; decreſcit refugo trinacria visu
Heu quoties presaga mali. violauit oborto
Rore genas. quotiēs oculos ad tecta retorſit
Talia voce mouens. Salue gratissima tellus

Quam nos prætulimus cælo tibi gaudia nostri
Sanguinis. & caros vteri commendo labores
Præmia digna manent. nullos patiére ligones
Et nullo rigidi versabere vomeris istu
Sponte tuus florebit ager. cessante iuuenco.
Ditior oblatas mirabitur incola messes
Sic ait & fuluis serpentibus attrigit idam.
Hic ædes angusta deæ. templiq; colendi.
Religiosa silex densis quam pinus obumbrat
Fronibus. & nulla lucos agitante procella.
Stridula coniferis modulatur carmina ramis
Terribiles intus Thyasi. vesanaq; mixto.
Concentu delubra gemunt. ululatusque ide
Bacchatur. timidæ inclinant gargara sylvas.
Postq; visa Ceres mugitum tympana frenant
Conticuere chori. corybas non impulit enses
Non buxus. non gra sonant. blandiq; leones.
Submisere iubas. adytis gauisa cybelle
Exiit. & pronas intendit ad oscula turres
Viderat hæc dudum summa speculatus ab arce.
Iuppiter. & veneri mentis penetralia monstrat
Curarum secreta tibi cytheræa fatebor
Candida tartareo nuptum proserpina regi
Iam dudum decreta dari. sic atropos vrget.
Sic cecinit longæua themis. nunc matre remota
(Rem peragit tempus) fines inuade sicanos.
Et Cereris prolem patulis illudere campis
Crastina puniceis quom lux detexerit ortus
Coge tuis armata dolis quibus vrere cuncta
Me quoq; sæpe soles. curvltima regna quiescunt
Nulla sit immunis regio. nullumq; sub umbris
Pectus inaccessum Veneri. iam tristis Erinny
Sentiat ardores Acheron. ditiusq; seueri.

Ferrea lasciuus mollescant corda sagittis.
Accelerat praecepta Venus, iussuq; parentis
Pallas. & inflexo quae terret menala cornu.
Addunt se comites, diuino semita gressu
Claruit, augurium qualis laturus in orbem
Præcept sanguineo delabitur igne Cometes.
Prodigiale rubens, non illum nauita tuto.
Non impune vident populi, sed crine minaci
Nunciat aut raibus ventos, aut nubib; ignes
Deuenero locum Cereris quae tecta nitabant
Cyclopum firmata manu, stant ardua ferro
Moenia, ferrati postes immensaq; necesse
Claustra Chalybs, nunq; raro sudore Pyracmon
Nec Steropes construxit opus, nec talib; vnq;
Spirauere notis animæ, nec flumine tanto
Incoctum maduit lassa ceruice metallum
Atria cingit ebur, trabibus solidatur ahenis
Culmen, & in celsas surgunt Electra colūnas,
Ipsa domū mulcens tenero Proserpina cantu,
Irrita texebat reditura munera matri,
Hic elementorū seriem, sedesq; paternas
Insignibat acu, veterem qua lege tumultū
Discreuit natura parens, vt semina iustis
Discessere locis, quicquid leue fertur in altum
In medium grauiora cadunt, incanduit Aether
Egit flamma polum, fluxit mare, terra pendit
Non color vnus inest, stellas accendit in auro
Ostro fundit aquas, attollit litora gemmis.
Filaq; mentitos subtereglantia fluctus,
Arte tument, credas illidi cautibus algam
Et raucum bibulis inserpere murmur harenis.
Addit quinq; plagas, mediā subtegmine rubro
Obsessam seruore notat, squallebat adusius

Limes & assiduo striebant flamina sole;
Vitales vtrinq; duas, quas mitis oberrat
Temperies habitanda viris, cū sine supremo
Torpentes traxit geminas, brumaq; perēns.
Fœdat, & eterno constringit frigore telas.
Nec non & patruū p̄ngit sacraria Ditis
Fatalesq; sibi manes, nec defuit omen
Præcia nā subitis maduērunt fletibus ora.
Ceperat & vitreis summo iam margine texti
Oceanum linuare vadis, sed cardine verso
Sensit adesse deas, impfectumq; laborem
Deserit, & niueos insēcit purpura vultus
Per liquidas succensa genas, calisq; pudoris.
Illuxere faces, Nō sic decus ardet eburnum
Lydia sidonio quod scemina tinxerit ostro
Merserat vnda diē, sparso nox humida sojino
Languida cęruleis inuexerat oēia bigis
Iamq; viā Pluton siculas molitur ad arces
Germani monitū, toruos inuisa iugales
Alecto temone ligat, qui pascua mādunt
Cocytū, spacijq; erebi n̄grantibus errant.
Stagnaq; tranquille potantes, marcida lethes
Aegra soporatis spumant obliuia linguis
Orpheus crudele micans, Aethonq; sagitta,
Ocyor, & stygij crudelis gloria Nycteus,
Armenti, Ditisq; nota signatus Alastor,
Stabant ante fores iuncti, scūq; fremebant,
Crastina venturę spectantes gaudia prædg,

Prefatio libri secundi, ad
Florentinum



Cia sopitis ageret quom cātib? Orphe?

Neglectūq; diu deposuisset opus.

Lugebant crepta sibi solatia Nymphæ.

Lugebant dulces flumina mœsta modos
Sœua feris natura redit, metuensq; leonem
Implorat cytharæ vacca tacentis opem
Illius & duri flæuere silentia montes
Syluaq; Bistoniam sæpe sequuta Iyram
Sed postq; inachijs Alcides missus ab Argis
Thracia pacifero contigit arua pede
Diraq; sanguinei vertit præsepia regis.
Et Diomedeos gramine pauit equos
Tum patriæ festo lectatus tempore vates
Desuetæ repetit fila, canora lyre
Et resides leni modulatus pectine neruos
Pollice festiuo nobile duxit ebur.
Vix auditus erat, venti siernuntur & vadæ.
Pigrior astrictis torpuit Hebrus aquis
Porrexit Rhodope sitientes carmina montes.
Excussit gelidas pronior ossa niues.
Ardua nudato descendit populus Aemo
Et comitem quercum pinus amica trahit.
Cyrthæasq; dei quamuis despexerit artes
Orpheis laurus vocibus apta venit
Securum blandileporem fouere molossi.
Vicinumq; lupo præbuit agna latus
Concordes varia ludunt cū tigride damæ.
Massylam cerui non timuere iubam.
Ille nouercales stimulos, actusq; canebat
Herculis, & forti monstra subacta manu
Qui timide matris pressos ostenderit angues
Intrepidusq; fero riserit ore puer
Te neq; dictæas quatiens mugitibus vrbes
Taurus, non stygij terruit ira canis
Non Ico sidereos celi rediturus ad axes.
Non Erymanthæi gloria montis aper.

Solus amazonio cinctus Stymphalidas arcu
Appetis. occiduo ducis ab ore greges.
Tergiminiq; ducis numeros sic deiçis artus
Et totiens vno victor ab hoste redis
Nō cadere Anteo. nō crescere profuit hydrę
Non ceruam volucres eripere pedes
Caci flamma perit. rubuit Bulfyride Nilus.
Prostratis rubuit Nubigenis phloe.
Te libyci timuere sinus. te maximus Atlas
Horruit. imposito quom premerere polo
Firmior Herculea mundus ceruicę pependit
Lustrarunt humeros Phœbus & astra tuos
Thracius hæc vates. sed tu Tirynthius alter
Florentine mihi. nā mea plectra moues.
Antraq; musarū longo torpentia somno
Excutis. & placidos ducis ab ore sonos.
In Scđm Claud. De Raptu Proserpine Argumē.
Postera quom p̄mo nitute crepuscula Phœbo.
Fraude Dionęa rīguos Proserpina Saltus
(Sic parçę iussere) petit. confisa sororum
Přsidio. famulę longo post ordine Nymphę
Itur in ęterno vestitos gramine campos
Et prima sub luce legunt. quos rore serenus.
Albet ager. sparsoq; bibūt violaria succos.
Sed postq; medio sol altior astitit. orbe
Ecce polum nox atra rapit. tremefactaq; nutat
Insula cornipedū fremitu. cursuq; rotarum
Diffugiunt Nymphę. rapitur Proserpina curru
Imploratq; Deas. verū reuerentia patris.
Obstitit Auxilio. nā Iuppiter ęthere summo
Pacificas rubri contorsit fulminis alas
Confessus generū. Stygiaq; hymenęus in aula
Perfonat. & læti peragūt conuiuia manes

B i,

CL. Claudiani. de Raptu proserpinæ
liber Secundus

Impulit Ionios premissis lumine flusq̃.
Nōdū pura dies. tremul' vibra' i vndis
Ardor & errātes ludūt per cærule flamme
Iamq; audax animi. fideiq; oblita parentis.
Fraude Dionæa rīguos Proserpina saltus.
(Sic parq; iussere) petit. ter cardine verso.
Præfage cecinere fores. ter conscia fati.
Fleibile terrificis genuit mugitibus Aetna
Nullis illa tamen monstris. nulloq; mouetur
Prodigio. comites gressum iunxere sorores
Prima dolo gaudens. & tanti conscia furti
It Venus. & raptus metitur corde futuros
Iam durū flexura chaos. iam Dite subacto.
Ingenti famulos manes dictura triumpho
Illī multiplicēs crinis variatur in orbēs
Idaliā diuisus acu. sudata marito
Fibula. purpureos gēma suspendit amictus
Candida Parrhasij post hanc Reg' Lycei.
Et Pandionias quę cuspidē protegit arces.
Vtraq; virgo ruu ut. hæc tristib' aspera bellis
Hæc metuenda seris. Tritonia casside fulua
Celatū Typhona gerit. qui summa peremptus
Ima parte viger. moriens & parte superstes
Hastaq; terribilē surgens per nubila gyro
Instar habet syluæ. tantū stridentia colla
Gorgonis obrectu Pallē fulgentis obumbrat.
At truiæ lenis species & multus in ore
Frater erat. Phœbiq; genas & Lumina Phœbi
Esse putes. solusq; dabat discrimina sexus
Brachia nuda nitent. Leuisbus profecerat auris
Indociles erare comas. arcuq; remisso

Ocia neruus agit. pendent post terga sagitte
Crispatur gemino vestis Cortynia Cinctu
Poplite fusa tenus. motoque in stamine Delos.
Errat. & aurato trahitur circumflua ponto
Quas inter Cereris proles. nunc gloria matris
Mox dolor. equali tendit per gramina passu
Nec mēbris nec honore minor. potuitque videri.
Pallas. si Clypeum ferret. si splicula Phoebe.
Collecte tereti nodantur iaspide vestes
Pectinis ingenio nuncque felicior arti
Contigit euentus. nulli sic consona telge.
Fila. nec intantū veri duxere figuram
Hic Hyperionæo Solem de semine nasci
Fecerat. & Lunā pariter sed dispare forma
Aurore noctisque duces. cum abula Tethys.
Præbet. & infantes gremio solatur anhelos.
Cæruleusque sinus roseis radiatur alumnis.
Inualidum dextro portat Titana lacerto
Nondū luce grauē. nec pubescentibus alte
Cristatum radijs. primo clementior æuo
Fingitur. & tenerū vagitu despuit ignem
Læua parte soror vitrei libamina potat
Vberis. & paruo signantur tempora cornu
Tali luxuriat cultu. comitantur euntes.
Naiades. & socia stipant vtrinque corona
Quæ fontes Crismise tuos. & saxa rotantem.
Pantagiam. Nomenque Gelan qui præbuit vrbi
Concelebrat. quæ pigra vado Camarina palustri
Quas Arethusei latices. quas aduena nutrit.
Alpheus. Cyane totū supereminet agmen
Qualis Amazonidū peltis exultat ademptis.
Pulchra cohors. quæ cives arcton populata Virago.
Hippolyte. niueas ducit post prælia turmas

Seu flauos strauere Getas. seu forte rigentem
Thermoodontíaca Tanaím fregere Securi
Aut quales referunt Baccho sollennia Nymphę
Mœonie. quas Hermus alit. ripa q; paternas.
Percurrunt auro madidę. Letatur in antro
Amnis. & vndantę declinat prodigus Vrnam.
Viderat herboſo ſacrum de vertice vulgus.
Aetna parens florũ. curuaq; in valle ſedentę.
Compellat Zephyrũ. Pater o gratiſſime veris.
Qui mea laciuo regnas per prata meatu.
Semper. & aſſiduus irroras flatibus annũ.
Reſpice Nympharũ cœtus. & cęſa Tonantis
Germina per noſtros dignantia ludere campos
Nunc ad ſis faueaſq; precor. nunc omnia ſœtur.
Pubefcant virgulta velis. vt fertilis Hybla
Inuideat. vinciq; ſuos non abnuat hortos
Quicquid thuriſeris ſpirat Panchaia ſyluis
Quicquid odorat? longe blãditur Hyda? pes.
Quicquid ab extremis ales longęua colonis.
Colligit oprati referens exordia ſeclĩ
In venas diſperge meas. & flamine largo
Rura foue. vt merear diuino pollice carpi
Et noſtris cupiant ornari Numina fertis.
Dixerat. ille nouo madidãtes neſtare pennas
Concutit & glãbas ſœcundo rore maritat
Quaq; volat vernus ſęquitur color. ois in herbas
Turget humus. medioq; patent cõuexa ſereno
Sanguineo ſplendore roſas. Vaccinia nigro
Induit. & dolci violas ferrugine pingit
Parthica quę tantis variãtur cingula donis?
Regales iunctura ſinus. quę vellera tantũ
Ditibus aſſyrii ſpumis fucantur aheni?
Non tales volucris pandit lunonia pennas.

Non sic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hyemns quom tramite flexo
Semita discretis interuiret humida Nymbis.
Forma loci superat flores curuata tumore
Paruo planicies. & mollibus edita cliuis
Creuerat in collem. niueo de pumice fontes
Roscida mobilibus lambebant gramina riuus
Syluaq; torrentes ramorum frigore soles
Temperat. & modico brumã sibi vendicat æstus.
Apta fretis Abies. bellis acdõmoda Cornus.
Querqu? amica Ioui. tumulos tectura Cupßus
Illex plena fauis. Venturi præscia laurus.
Fluctuat hinc denso crispata cacumine Buxus
Hic hedere serpunt. hic Panpinus induit vlmos
Haud pcul inde lacus (Pergum dixere Sicani)
Panditur. & nemerum frõdoso margine cinctus
Vicinis pallefcit aquis. admittit in altum
Cernentis oculos. & late peruius humor
Ducit in offensus liquido sub gurgite visus.
Imaq; perspicui prodit secreta profundĩ
Huc elapsa cohors gaudet per florea rura
Hortatur Cytherga legant. Nunc ite sorores
Dum matutinis præfudat solibus aer.
Dum meus humectat flauentes Lucifer agros
Roranti prouectus equo. sic fata doloris
Carpit signa sui. varios tum cætera saltus
Inuasere cohors. credas examina fundi
Hybleum raptura thymum. quom cærea reges
Castra mouent. fagiq; cauo demissus ab aluo
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.
Pratorum spoliatur honos. hec lilia fuscis
Intexit violis. hanc mollis Amaracus ornat.
Hec graditur stellata rosas. hec alba ligustris.
B ij.

Te quoq; flebilibus mœrens Hyacinthe figuris
Narcissumq; metuit. nunc incluta gramina veris.
Præstantes olim pueros. tu natus Amyclis.
Hunc Helicon genuit. te disci perculit error.
Hunc fontis decepit amor. te fronte refulsa
Delius. hunc fracta Cephissus harundine Luget
Aestuat ante alias auido seruore legendi
Frugiferæ spes vna deæ. nunc vimine textos
Ridentes Calathos folijs agrestibus implet.
Nunc sociat flores. seseq; ignara coronat.
Augurium fatale tori. Quippe ipsa tubarum
Armorumq; potens. dextram qua fortia turbat
Agmina. qua stabiles portas & mœnia vellit
Iam leuibus laxat studijs hastamq; reponit
Insolitisq; docet galeam mitescere sertis.
Erratus lasciuit apex horrorq; recessit
Martius. & criste placato fulgure vernant.
Nec quæ Parthenium canibus scrutatur odoris
Aspernata choros libertate mq; comarum
Iniecta tandem voluit frænare Corona.
Talia virgineo passim dum more geruntur
Ecce repens mugire fragor. conflagere turres.
Pronaq; vibratis radicibus oppida verti.
Causa latet. dubios agnouit sola tumultus
Diu Paphi. mixtoq; metu perterrita gaudet
Iamq; per amfractus animarum rector opacos
Sub terris querebat iter. grauibuscq; gementem
Enceladum calcebat equis. immania scindunt
Membra rotæ. pressaq; graui ceruice laborat
Sicaniam cum Dite ferens. tentatq; moueri
Debilis. & fessis serpentibus implicat axem.
Iumida sulfureo prolabitur orbita dorso.
Ac velut occultus securum prodit in hostem

Miles & effossi subter fundamina' campi
Transiit inclusos arcano limite muros.
Turbaq; deceptas victrix erumpit in aere.
Terrigenas imitata viros. Sic tertius hæret
Saturni tenebrofa vagis rimatur habenis,
Deuia fratenum cupiens exire sub orbem
Ianua nulla patet. prohibebant vndiq; rupes
Oppositæ. duraq; decum conpage tenebant.
Non tulit ille moras. indignatusq; trabali
Saxa ferit sceptro Siculæ sonuere cauernæ
Turbatur Liparis. stupuit fornacerelicta
Muciber. & trepidus detecit fulmina Cyclops.
Audijt & siquem glaciis Alpina cohercet
Et qui te latas nondum precincte Tropæis
Thybrî natat. missamq; Pado qui remigat Alnũ
Sic quom Thessaliã scopulis inclusa teneret
Pæneo stagnante palus. & mersa negaret.
Arua coli. trifida Neptūnus cuspidemontes
Impulit aduersos. Tum forti sauctus ictu
Dissiliit gelido vertex Ossæus Olympo.
Carcerebus laxantur aquæ. fractoq; meatu
Redduntur fluuij q; mari. tellusq; colonis.
Postq; victa manu duros Trinacria nexus
Soluit. & immenso late discessit hiatu.
Apparet subitus coelo timor. Astra viarum
Mutauere fidem. verito se proluit Arctos
Aequore. præcipitat pigrũ formido Bootes.
Horruit Orion. audito palluit Atlas
Hinc rutilos obscurat anhelitus axes
Discolor. & longa solitos caligine palci
Terruit orbis equos. pressis hæfere lupatis
Attoniti meliore polo. rursusq; verendum
In Chaos obliquo pugnant temone reuert.

Mox vbi pulsato fenserunt verbera tergo.
Et Solem didicere pati, torrentius amne
Hyberno. tortaq; ruunt perniciousa hasta.
Quātum nō iaculū Parthi. nō impetus hauftri,
Nec leue sollicitę mentis discrutit acumen.
Sanguine frena calēnt. corrumpit Spirit⁹ auras
Letifer. infectę spumis vitiantur hareņę.
Diffugiunt Nymphę. rapitur Proserpina curru
Imploratq; deas. iam Gorgonis ora reuelat
Pallas. & intento festinat Delia cornu.
Nec patruo cędunt. stimulat cōmunis in arma
Virginitas. crimenq; feri raptoris acerbat.
Ille velut stabuli decus armentiq;. iuencam
Quom leo possedit. nudataq; pectora fodit
Vnguibus. & rabiem totos exegit in armos
Stat crassa turpis sanie. nodosq; iubarum
Executit. & viles pastorum despicit iras.
Ignavi dormitor mundi. teterrime fratrum
Pailas ait. quę te stimulis facibusq; profanis
Eumenides mouere. tua cur sede relicta
Audes tartareis Mundum incestare quadrigis?
Sunt tibi deformes Dirę. sunt altera Lethę
Flumina. sunt tristes surig te coniuge digne
Fratri. linque domos. alienam desere sortem
Nocte tua contentus abi. Quid viua sepultis
Admiscēs: nostrū qd proteris aduena mundū?
Talia vociferans auidos vmbone minaci
Cornipedes transire ferit. Clipeiq; retardat
Obijce. Gorgoneisq; premens allibilat hydrys
Pregentalsq; aperit cristas. libratur in ictum
Fraxinus. & nigros illuminat obuia curru
Missaq; pene foret. ni Iuppiter Aethere summo
Pacificas rubri torfisset fulminis alas

Confessus generū Nymbis Hymeneus hūc
Intonat. & testes firmant connubia flammę
Inuitę cessere deę. compescuit arcum.
Cum gemitu. talesq; dedit Latonia voces
Sis memor o longū. q; vale. reuerentia patris.
Obstitit auxilio. nec nos defendere contra
Possumus. imperio vinci maiore fatemur.
In te coniurat Genitor. populoq; silenti.
Traderis. heu cupidus nō aspectura sorores
Aequalesq; choros. Quę te fortuna supernis
Abstulit. & tanto damnauit sidera luctu.
Iam neq; Partheniis innectere rætia lustris
Nec pharetram gestare libet. Securus vbiq;
Spumet aper. sęuicq; fremant impune leones.
Te iuga Taygeti. posito te Menala stebunt
Venatu. męstosq; diu lugebere Cyntho.
Delphica quinetiā fratris delubra tacebunt.
Interea volucri fertur Proserpina curru
Cęsariem diffusa noto. planctuq; lacertos
Verberat. & quęstus ad nubila fundit inanes.
Cur nō torristi manibus fabricata Cyclopū
In nos tela Pater. Sic me crudelibus vmbri
Tradere. Sic toto placuit depellere mundo.
Nulla ne te flectit pietas. nullū ne paternę.
Mentis inest. tantas quo crimine mouim⁹ iras.
Nō ego. te ꝑtra q̄reret quom phlegra tumult⁹.
Signa deis aduersa tuli. Nō robore nostro
Ossa pruinofum vexit glacialis Olympum
Quod conata nefas. aut cuius conscia culpe
Exul ad immanes Erebi detrudor hiatus.
O fortunatas. alij quascumq; tulere
Raptores. Saltem comuni luce fruntur.
Sed mihi Virginitas pariter cęlumq; negat.

Eripitur cū luce pudor. terrisq; relictiſ.
Infelix ſtygio ducor captiua Tyranno
O male dilecti flores. deſpectaq; matris
Conſilia. O veneris deprenſe ſerius artes
Mater Io. ſeu te phrygijs in vallibus Idę
Mygdonio buxus circumſonat horrida Cantu
Seu tu ſanguineis vlulantia Dindyma Gallis.
Incolis. & ſtriſtos Curetū deſpicis enſes.
Exitio ſuccurre meo Compelſce furentem
Comprime feraleſ torui p̄donis habenas.
Talibus ille ferox dictis ſtetuq; decoro
Vincitur. & primi ſuſpiria ſentit amoris
Tunc ferrugineo lachrymas deterſit amiſtu
Et placida mœſtū ſolatur voce dolorem.
Deſine funeſtis animū Proſcrpina curis
Et vano vexare metu. maſora dabuntur
Sceptra. nec indigni tedas patiēre mariti.
Ille ego Saturni proles. cui machina rerū
Seruit. & immēſum tendit per inane potetas.
Amiſſum ne crede diem. ſunt altera nobis
Sydera ſunt orbis alij. Lumencq; videbis
Purius. Elyſioſq; magis mirabere campos
Cultoresq; pios. illic preciōſior ætas
Aurea progenies habitat. Semperq; tenemus
Quod ſuperi mēruere ſemel. nec molliā deſunt
Prata tibi. Zephyriſ illic melioribus halant
Perpetui flores. quos nec tua protulit Aetna
Eſt etiam lucis arbor p̄diues opacis
Fulgentes viridi ramos curuata metallo
Hęc tibi ſacra datur. fortunatumq; tenebis
Autumnū. & fuluis ſemper ditabere pomis
Parualoquor. Quicquid liquidus cōplecti aer
Quicquid alitell⁹. quicquid maris equoraverit

Quod fluij volūt. quod nutriuere paludes.
Cuncta tuis pariter cedent animalia Regnis
Lunari subiecta globo. qui septimus auras
Ambit. & æternis mortalia separat astris
Sub tua purpurei venient vestigia Reges
Deposito luxu. turba cū paupere mixti.
Omnia Mors equat. Tu damnatura nocētes
Tu requiem latura pijs. te iudice fontes
Improba cogentur vitę commissa fateri.
Accipe lethęo famulas cū gurgite Parcas
Sit Fatū quodcunq; velis. Hęc fatus ouātes
Exhortatur equos. & Tartara mīrior intrat
Cōueniunt animę. quātas truculētior auster
Decutit arboribꝫ frōdes. aut nubibꝫ hymbres.
Colligit. aut frāgit fluctus. aut torquet harenas
Cunctaq; precipiti stipantur Tartara cursu
Insignem visura nurum. mox ipse serenus
Ingreditur. facili passus mollescere risu.
Dissimilisq; sui. Dominis intrantibꝫ ingens
Assurgit Phlegethon. flagrantibꝫ hispida riuus
Barba madet. totoq; fluūt incendia vultu
Occurrunt prope lecta de plebe ministri
Pars altos reuocant currus. frenisq; solutis
Vertunt emeritos ad pascua nota Iugales
Pars auļa tenent. alij prętexere ramis
Limina. & in thalamis cultas extollere vestes
Reginā casto cinxerunt agmine matres.
Elysię tenerosq; leuant sermone dolores.
Et sparfos religant crines. & vultibus addunt
Flāmea sollicitum pręuelatura pudorem
Pallida lætatur regio. gentesq; sepulę
Luxuriant. epulisq; vacant genialibꝫ vmbre
Grata coronati peragunt conuiuia manes

Rumpunt insoliti tenebroſa ſilentia cantus,
Sedantur gemitus Erebi, ſe ſponte relaxat
Squallor, & æternam patitur rareſcere noctem
Vrina nec incertas verſat Minoia ſortes
Verbera nulla ſonant, nulloq; frementia luſtu.
Impia dilatis reſpirant Tartara pœnis
Nō rota ſuſpenſum præceps Ixiona, torquet
Nō aqua Tantaliciſ ſubducitur inuida labris
Soluatur Ixion, inuenit Tantalus vndaſ
Et Tytius tandem ſpacioſos erigit artus.
Squallentiſq; nouem detexit iugera campi
Tantus erat, lateriſq; piger ſulcator opaci.
Inuitus trahitur laſſo de pectore vultur
Abreptaſq; dolet, iam nō ſibi creſcere ſibras
Oblitæ ſcelerum, formidatiq; furoriſ
Eumenideſ cratera parant, & vina feroci.
Crine bibunt, flexiſq; minis iã lene canenteſ
Extendunt ſocios ad pocula plena Ceraſtaſ.
Ac ſeſtaſ alio ſuccendunt lumine tēdaſ
Tunc & peſtiferi pacatum limen Auerni.
Innocuę tranſiſtiſ aueſ, flatumq; reſpreſſit.
Amſanctuſ, tacuit ſixo torrente vorago
Tunc Acherontēoſ murato gurgite fonteſ
Laſte nouo tumuiſſe ſerunt, hederiſq; virentem
Cocytōn dolci perhibent ſtagnante lyæo.
Stamina nō rumpit Lacheſiſ, ne turbida ſacriſ
Obſtrepitent lamenta choriſ, Mors nulla vagat
In terris, nulliq; roguſ planxere parenteſ
Nauita nō moritur fluctu, nō cuspide mileſ.
Oppida funerei pollent immunia læti
Impexoſq; ſenex velauiſ harundine crineſ,
Portitor, & vacuoſ egit cū carmine remoſ
Iam ſuuoſ inferno proceſſerat Heſperuſ orbi

Ducitur in Thalamū Virgo stat p̄nu ba iuxta
 Stellantes Nox picta sinus. tangensq; cubile
 Omina perpetuo genitalia fœdere sancit.
 Exultant cū voce p̄ij Ditisq; sub Aula
 Talia peruigili ducunt exordia plausu
 Nostra parens Iuno. tuq; o germane Tonātis
 Et gener vnanimis consortia ducite somni
 Mutuaq; alternis innectite colla lacertis
 Iam felix oritur proles. Iam lęta futuros
 Expectat natura deos. noua numina rebus
 Addite. & optatos Cererē p̄ferte Nepotes
 In. iij. Claud. De Raptu Proserpina

¶ Argumentum



Vppiter vt iuperū iā cōsedisse Senatū.
 Cōspicit accitu Thaumantidos. oris
 ab alto

Exponit folio. cur vitę larga p̄ioris
 Comoda subsulerit. regnaraq; secula patri
 Scilicet vt curis acuat mortalia corda
 Nunc (ne se toties questu natura fatiget)
 Chaonio statuisset homines auertere victu
 Atq; ideo Cererem longo discurrere luctu.
 Decretum. donec natę lętata repertę.
 Indicio. tribuat fruges. p̄enasq; minatur
 Si quisquā Cererē raptorem prodere diuū.
 Audeat. illa diu phrygēs bacchata sub antris
 Nocturno tandem monitu sua recta reuisit
 Agnoscitq; domus cladem. petit ilicet amens
 Aethera. quomq; nihil miserā lamēta iuuarēt
 Cęlicolum patuere doli. tum faucib; Aetnę.
 Succensas quatiens pinus erroribus aptas
 Noctiuagis. oras siccis accincta peragrat.

CL. Claudiani. de raptu proserpine
 liber Tertius.



Vppiter interea Cinctam Thaumanti/
da Nymbis

Ire iubet. totoq; deos accersere mūdo
Illa colorato Zephyros transgressa volatu
Numina cōclamat pelagi Nymphasq; morātes
Increpat. & fluuios humentib⁹ euocat antris.
Ancipites trepidiq; ruunt quę causa quietos
Excierit: tanto quę res agitanda tumultur
Vt patuit stellata domus. considere iussit.
Non confusus honos. cęlestib⁹ ordine sedes
Prima datur. tractū proceres tenere secundā
Aequorei. placidus Nereus. & lucida Phorci.
Canticies. Glaucū series extrema biforem
Accipit. & certo mansurū Protea vultu.
Nec non & senib⁹ fluuijs concessa sedendi
Gloria plębeio fiat cętera more iuuentus.
Mille amnes. liquidis incūbunt patrib⁹ hude
Naiades. & placidū mirantur numina Fauni.
Tū grauis ex alto genitor sic orsus olympo
Adduxere meas iterū mortalia curas.
Iam pridē neglecta mihi: Saturnia postq;
Ocia. & ignauū seniū cognouimus qui
Sopitosq; diu populos torpore paterno
Sollēcite placuit stimulis impellere vitę.
Incultis ne sponte seges grandesceret aruis
Vndaret neu sylua fauis. neu vina tumerent
Fontibus. & totę sternerent in pocula ripe
Haud equidē inuideo (nec em̄ liuescere fas est
Vel nocuisse deos) sed quod dissuasor honesti
Luxus. & humanas obliuat copia mentes
Prouocet vt segnes animos. rerūq; remotas
Ingenuosa vias paulatim exploret egestas
Vtq; arte s pariat Sollertia. nutriat vsus.

Nunc mihi cū magnis instat na tura querelis.
Humanū releuare genus. dirumq; Tyrannū
Immitemq; vocat. regnataq; secula patri.
Cōmemorat. parcumq; Iouē se diuīte clamat
Cur campos horrere situ. dumisq; repleri.
Rura velim nullis exornem fructibus annū?
Se iam que nutrit mortalib? ante fuisse
In dirē subito mores transisse nouerę
Quid mentē traxisse polo? quid profuit altum
Erexisse caput. pecudū si more pererrant.
Auiā. si frangunt comunia pabula glandes.
Hęcine vita iuuat syluestrib? abdita iustis.
Indiscreta feris. Tales quom sepe parentis
Pertulerim questus. tandē Clementior orbi.
Chaonio statui gentes auertere victu
Atq; ideo Cererem. que nunc ignara malorum
Verberat idēos torua cum matre leones.
Per mare. per terras. auido discurrere luctu
Decretum. donec nate letata reperę
Indictio tribuat fruges. currusq; feratur.
Nubib? ignotas populis sparsurus aristas
Et iuga Cęrulei subeant actę Dracones.
Quod si quis Cereris raptorem prodere diuū
Audeat. imperij molē. pacemq; profundā
Obtestor rerū. Natus licet ille Sororue.
Vel coniunx fuerit. Natarumue agminis vna
Se licet illa meo conceptā vertice ia stet
Sentiet irasā procyli Aegida. Sentiet istum.
Fulminis & genitū diuina sorte pigebit.
Oprabitq; mori. Tunc vulnere lāguidus ipsi
Tradetur genero. passurus prodita regna
Et sciet an proprie conspirent tartara cause
Hoc Sanctū. Mansura fluant hoc ordine fata

Dixit & horrendo concussit sydera motu.
At p̄cul armisoni Cererem sub rupibus antri
Securā placidamq; diu iam certa peracti
Terrebāt simulachra mali. noctesq; timorem
Ingeminant. omniq; perit Proserpina somno
Nanq; modo aduersis inuadi viscera telis
Nunc sibi mutatas horret nigrescere vestes.
Nunc steriles medijs frondere penatib⁹ ornos
Stabat p̄terea luco dilectior omni
Laurus. virgineos quę quondā fronde pudica
Umbrabat thalamos. hanc imo stipite cęsam
Vidit. & incomptos scędari puluere ramos
Quęsuiatq; nefas Dryades dixere gementes
Tartarea furias debellauisse bipenni
Sed tunc ipsa sui iam non ambagib⁹ vllis.
Nuncia materno facies inferta sopori.
Nanq; videbat tenebroso obtręcia recessu
Carceris. & scęuis Proserpina vincita catenis.
Non qualē Siculis olim emendauerat aruis.
Nec qualē roseis nuper conualsibus Aęte
Suspexere Deę. squallebat pulchrior auro.
Cęsaries & nox oculorū infecerat ignes.
Exhaustusq; gelu pallet rubor. ille superbi
Flameus oris honos. & nō cessura pruinis.
Membra colorantur picę caligine regni.
Ergo hanc vt dubio vix tandē agnoscere vultu
Eualuit. Cuius tot p̄cę eriminis inquit?
Vnde hęc informis macies? Cui rāta potestas
In me scęicę est? rigidi cur vincula ferri
Vix aptanda feris. molles meruere lacerti:
Tu mea tu proles? an vana fallimur vmbra.
Illa refert. Heu dira parens Natęq; peremptę
Iam memor. hęc fulcras aīo trāsgressa legnas.

Tanta ne te nostri tenuere obliuſa: tantū
Vnica deſpicior, certe Proſerpina nomen
Dulce tibi, tali quę nunc (vt cernis) hiatu
Supplicij incluſa feror, tu ſęua Chorgis;
Indulges, phrygiaſq; etiam nū iter ſtrepis vrbes
Quod ſi nō omnē pepuliſti peſtore matrē,
Si tu ſancta Ceres, & te nō Caſpia Tigris
Edidit, ijs oro miſeram defende Catenis.
Inq; ſuperna refer, prohibent ſi fata reuert
Vel ſaltem viſura veni ſic fata trementes
Tendere conatur palmas, viſ improba ferri
Impedit, & motę ſomnū excuſſere Catene
Obrigit viſis, gaudet nō vera fuiſſe.
Complexu caruiſſe dolet, penetralibꝰ amens
Proſilit, & talē cōpellat voce Cybellem
Iam nō vterius phrygia tellure morabor
Sancta parens, reuocat tandē cuſtodia cari
Pignoris, & cunctis obiecti fraudibꝰ anni.
Nō mihi Cyclopū quāuis extracta caminis,
Culmina ſida ſaris, timeo ne phama latebras
Prodiderit, leuiuſq; meū Trinacria cęlet
Depoſitū, terre nimitū vulgata locorum
Nobilitas, alijs ſedes obſcurior oris
Exquirenda mihi gemitu ſiāmiſq; ppinquis,
Enceladi, nequeunt vmbacula noſtra taceri
Somnia quinetiam varijs inſauſta figuris,
Sepe movent, nulluſq; dies nō triſte minatur
Auguriū, quoties ſtauentia ſerta comarum
Spōte cadūt, Quotiēs exudarab vberē ſanguis
Larga vel inuito prorūpunt flumina vultu
Iniuſſęq; manus mirantia peſtora tundunt
Si buxos inſlare velim, ferale gemiſcunt
Tympana ſi cętā, plāctū mihi Tympana reddūt.

At uereor nequid porfendant omnia veri
Ne longē nocuere more, procul irrita venti
Diſta ferant ſubicit Cybele. nō tanta Tonāti
Segnicies. vt nō pro pignore fulmina mittat
I tamen. & nullō turbata reuereſcere caſu
Hęc vbi digreditur tēplis (ſed nulla ruenti.
Mobilitas) tardos queritur nō ire iugales
Immeritaſq; mouens alterno verberē pœnas
Sicanīā querit quom nōdū aſcenderit Idam
Cuncta pauet. ſperatq; nihil, Sic eſtuat ales
Que teneros humili ſœtus cōmiſerit orno.
Allatura cibos. & plurima cogitat abſens
Ne gracilē ventus diſcuſſerit arbore nidum
Ne furtū pateant hominī. neu p̄da colubris,
Vt domus excubijs incuſtodita remotis
Et reſupinati neglecto cardine poſtes.
Flebilis & tacite ſpecies apparuit Aule.
Non expeſtato reſpectu cladis amictus
Conſcidit. & factas cū crine euellit aristas
Hęſerunt lachrymę. nec vox aut ſpīritus oris
Reddit, atq; imis vibrat tremor oſſa medullis
Succidui titubant greſſus. foribusq; recluſis.
Dum vacuas eides. & deſolata pererrat
Atria. ſemirutas conſuſo ſtamine telas
Atq; interceptas agnoſcit pectinis artes
Diuinus perit ille labor ſpaciumq; relictum
Audax ſacrilego ſupplebat aranea textu
Nec deſerit plangitq; malū. tamen oſcula tele
Figit. & arrumpit mutas in fila querelas
Attritoſq; manu radios. proiectaq; penſa.
Cunctaq; virgineo ſparſa oblectamina ludo
Ceunatā preſſat gremio. caſtumq; cubile.
Deſertoſq; toroꝝ. & ſicybi ſederat olim

Perlegit. Attonitus stabulo ceu pastor inani
Quē lupus aut rabies pœnorū inopina leonum
Aut populatrices infestauere cateruę
Serus at ille redit. vastataq; pascua lustrans
Non responsuros ciet imploratq; iuuēcos.
Atq; ibi secreta tectorū in parte latentem
Aspicit Electram. natę quę sedula nutrix
Oceanū priscas inter notissima Nymphas
Par Cererę pietas. hęc post cunabula dulci
Ferre sinu. summoq; Ioui deducere paruā.
Sueuerat. & genib⁹ ludentem aprare paternis
Hęc comes. hęc cūstos. hęc pxima mater haberi.
Tum laceras effusa comas. & puluere canos
Sordida. sydereę raptus lugebat Alumę.
Hanc aggressa Ceres. postq; suspiria tandem
Laxauit frenosq; dolor. Quod cernim⁹ inquit.
Exciditū: cui pꝛęda feror: regnat ne Maritus.
An cęlum Titanes habent: quę talia uiuo
Ausā Tonāte manus: rupit ne Typhcęia ceruix
Inarimem: fracta ne fugi compage Veseui
Alcyoneus per stagna pedes Tyrrhena cucurrit.
An vicina mihi quassatis faucibus Aetna
Protulit Enceladū. nostros an forte penates.
Appetit centum Briareia turba lacertis.
Heu vbi nunc est nata mihi. q̄ mille ministꝛę.
Quo Cyane. volucres quę vis Sirenas abegit.
Hęc cine vestra fides. sic fas aliena tueri
Pignora. cotremuit Nutrix. moerorq; timori
Cessit. & aspectus miserę nō ferre parentis
Emptū morte velit. longūq; imota moratur
Auctorē dubiū. certumq; expromere funus.
Vix tamen hęc. Acies vtinā vesana Gigantū.
Hanc dederit cladem. L cuius comunia tangūt

Sed Diuę. multoq; minus quod rere. sorores
In nostras nimum coniurauereruinas
Insidias superũ. cognataq; vulnera cernis
Inuidię. Phlegra nobis insensior Aether
Florebat tranquilla domus. nec limina Virgo
Linquere. nec virides audebat visere saltus
Pręceptis obstricta tuis. Teļę labor illi.
Sirenes requies. sermoñũ gratia mecum
Mecũ somnus erat. castiq; p Atria ludi.
Quom subito (dubiũ quonã mōstrāte tenebras
Pręscierit) Cytheręa venit suspectaq; nobis
Ne foret. hinc Phœben cōites. hęc Pallada iuũxiť
Protinus effuso letam se fingere risu
Nec semel amplecti. nomenq; iterare sororis
Et dura de matre queri. quę tale recessu
Maluerit damnare decus. vetitamq; Dearũ
Colloquio. patrijs procul absentauerit Astris
Nostra rudis gaudere malis & nec̄tare largo.
Instaurare dapes. Nũc arma habitumq; Dianę
Induitur. digitisq; attentat mollibus arcum
Nunc crinita iubis galeam laudāte Minerua
Implet. & ingentē Clypeũ gestare laborat
Prima venus Campos Enneaq; rura maligno
Ingerit affatu. vicinos callida flores
Ingeminat. meritũq; loci velut inscĩa querit
Nec credit q; bruma rosas innoxia seruet
Quod gelidi rubcant alieno gramine mēses
Verna nec iratũ timeant virgulta Booten
Dum loca miratur. studio dũ flagrat eundĩ
Persuadet. teneris heu lubrica morib⁹ Actas
Quos ego nequicq; planctus. quas irrita fudi
Ore preces. ruit illa tamen confusa sororũ
Pręsidio. famulę longo post ordine Nymphę

Itur in eterno vestitos gramine campos
Et prima sub luce legunt quom rore serenus.
Algerager. sparosq; bibunt violaria succos
Sed postq; medio sol altior astitit orbe
Ecce polū nox alta rapit. tremefactaq; nutat
Insula cornipedū strepitu. cursuq; rotarū
Nosse nec Aurigā licuit. Seu mortifer ille.
Seu mors ipsa fuit Lutor permāsit in herbis
Deficiunt riuī. squalent rubigine prata
Et nihil afflatū viuūt. pallere lygustra.
Exspirare rosas. decrescere Lilia vidi.
Vt reduces rauco tractu detorsit habenas.
Nox sua psequitur currū. lux redditur orbi
Persephone nulla est. voto rediere peracto.
Nec mansere Deæ. medijs inuenimus aruis
Exanimem Cyanē. ceruix redimita iacebat
Et caligātes marcebant fronte coronæ
Aggredimur subito casus scitatur heriles.
(Nā ppior cladi steterat) quis vult sequorū
Quis regat. illa nihil tacito sed lapsa veneno
Soluitur in laticem. subrepit crinib⁹ humor.
Liquitur. in rorēq; pedes. & brachia manant
Nostraq; mox lambit vestigia pspicuis fons
Discedunt aliq. rapidis Acheloides alīs.
Sublatq; siculi latus obsedere Pelori
Accensq; malo iam nō impune canoras
In p̄stem vertere lyras. vox blanda Carinas
Alligat. audito frenantur carmine remi.
Sola domi lectu sensū tractura relinquo
Hæret adhuc suspensa Ceres. & singula demens
Ceū nondū transacta timet. mox lumina torquēs
Vulu tad Celicolas furioso pectore fertur.
Arduus hyrcana quatitur sic matre Nyphates

D i.

Cuius Achemenio regi ludibria hatos
Auxit tremebundus eques. fremit illa marito
Mobilior Zephyro. totamq; virentibus iram
Disperfit maculis. nimirūq; haustura profundo
Ore virum. vitre etardatur imagine forme.
Haud aliter genitrix toto bacchatur Olympo.
Reddite vociferans. nō me vagus edidit amnis.
Non Dryadum de plebe sum⁹. turrata Cybelle
Me quoq; Saturno genuit. Quo iura deorum.
Quo leges abire poli: Quid viuere recte
Proderit: En audet noti Cytherea pudoris
Ostentare suos post lemnia vincula vultus:
Hos animos bonus ille sopor. casumq; cubile
Præbuit. amplexus hoc promeruere pudici.
Nec mirum. si turpe nihil post talia ducit.
Quid vos expertes thalami: tantum ne relictus
Virginittatis honos: tantum mutata voluntas:
Iam veneri. et socijs iu nocte raptoribus itis:
O templis Scythigatq; hominem sumentib⁹ aris
Vtraq; digna coli. Tantū que causa furoris:
Quam mea vel dicto tenui Proserpina lesit:
Scilicet hec caris pepulit te Delia syluis.
Aut tibi commissas rapuit Tritionia pugnas.
An grauis alloquio: vestros an forte petebat
Importuna choros: atq; Trinacria longe
(Esset ne vobis oneri) deserta colebat.
Quid latuisse iuuat: rabiem liuoris acerbi
Nulla potest placare dies his increpat omnes
Vocibus. ast ille (prohibet reuerentia Patris)
Aut reticent aut nosse negant. Respon sacq; matris
Dāt lachrymas. qd agat: rurſe victa remittit.
Inq; humiles demissa preces Ignoscite siquid!
Intumuit pietas. siquid flagrantius actum

Quā decuit miserā. supplex miserādaq; vestris
Aduolor genibus. Licea cognoscere sortem
Hoc tantum. Liceat certos habuisse dolores
Scire peto que forma mali. quamcunq; dedistis
Fortunam, sit rapta feram. Fatumq; putabo
Non scelus. aspectum precor indulgere parenti
Non repetam quesita manu securus habeto
Quisquis es, affirmo predam. desiste vereri
Quod si vos aliquo preuenit munere raptor.
Tu cer te Latona refer. confessa Diana
Forte tibi. nosq; quid sit Lucina. timorq;
Pro genitis, & quantus amor. partusq; tulisti
Tu geminos. hec vna mihi sic crine fruaris
Semper Apollineo; Sic me felicior eum
Mater agas. Largis tunc hymbrib; ora madescunt
Quid tantum dignum fieri? dignumq; taceri
Hei mihi, discedunt omnes Quid vana moraris
Viterius; non bella palam Cęlestia sentis;
Quin potius natam pelago Terrisq; requiris
Accingar lustrare diem. Per deuia rerum
Indefessa ferar. nulla cessabitur hora.
Non requies. nō somnus erit. dū pign⁹ adeptū
Inueniam. gremio quamuis mergatur lbere
Tethios. & rubro iaceat velata profundo.
Non Rheni glacies. non me Rhipea tenebunt
Frigora. non dubio Syrtis cunctabitur estu.
Stat fines penetrare noti. Boreq; niualem
Vestigare domum. primo calcabitur Atlas
Occasu, facibusq; meis lucebit Hydaspes
Impius erratē videat per rura. per vrbes
Iuppiter extincta facietur pellice iuno.
Insultate mihi. cęlo regnate superbi.
Ducite preclarum Cereris de stirpe triumphum

Sic fatur. noteq; fugis illabitur Aetne
Noctiuago tædas inflammatura labori
Luc⁹ erat ppe flumē Acim. quod cādida presert.
Sepe mari. pulchroq; secat Galatæa natatu.
Densus. & innexis Aetnæ cacumina ramis
Qualibet vsq; tegens illic po.uisse cruentā
Aegida. captiuāq; pater post prælia prædam
Aduexisse datur. Phlegreïs syla superbit
Exuuijs. rotumq; nemus victoria vestit
Hic patuli rictus. hic prodigiosa Gigantū.
Tergora dependent. & adhuc crudele minantur
Affixæ facies truncis. immaniaq; ossa
Serpentū. passim tumulis exanguib⁹ albens.
Et rigidę multo suspirant fulmine pelles
Nullaq; nō magni iactat se nois arbor.
Hęc centū gemini siccis Aegeonis enses
Curuata vix fronte leuat. liuentibus illa
Exultat Zandli spolijs. hęc arma Mimantis
Substinet. hos onerat ramos exutus Ophiom
Altior & cunctis abies. vmbrosa q; late.
Ipsius Enceladi fumantia gestat opima.
Summi Terrigenū regis. caderetq; grauata.
Pondere. ni lapsum fulciret ppxima querquus
Inde timor. numenq; loco. nemorisq; senectę
Parcitur. Aetherei q; nefas nocuisse tropęis
Pascere nullus oues. nec ro tōra lædere Cyclops
Audet. & ipse fugit sacra Polyphem⁹ ab vmbra
Non tamē hoc tardata Ceres. accenditur vltro.
Relligione loci. vibratq; incerta securim
Ipsū etiā peritura Iouem succidere pinus.
Et magis enodes pperat profermere cedros
Exploratq; abiens truncos. rectiq; tenorem
Stipitis. & certo præsentat brachia nixu

Sic qui vecturus longinqua p̄ equora merces
Molitur tellure ratem. vitamq; procellis
Obiectare parat. fagos metitur. & alnos
Et variis rudibus syluis accommodat vsum
Quę longa est. tumidis prebebit cornua velis
Quę fortis malo. potior. quę lenta fauebit.
Remigio. stagni patiens. ap̄ tanta Carinę.
Tollebant geminę capita inuiolata Cupressus
Cespite vicino. quales non rupibus Idę.
Miratur Simois. quales non diuute ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes
Germanas adeo credas. sic frondibus equis
Astant. & socio despectant vertice Lucum
Hę placuere faces. pernix inuadit vtrancq;.
Cincta sinus. exerta manus. armata bipenni
Alternasq; ferit. rotisq; obnix trementes
Viribus impellit. pariter traxere ruinam.
Et pariter posuere comā. campoq; recubunt
Faunorū Dryadumq; dolor. cōplectitur ambas
Sicut erant. alteq; leuat. retroq; solutis
Crinibus. ascendit fastigia montis anhelī
Exuperatq; æstus. & nulli peruia saxa
Atq; indignantes vestigia calcat harenas
Qualis pestiferas animare ad crimina Taxos.
Torua Megera ruit. Cadmi seu mœnia poscat.
Siuæ Thyestæis p̄peret sæuire Mycenis
Dant tenebrę manesq; locū. plantisq; resulant
Tartara ferratis. donec Phlegethontis in vnda
Constitit. & plenos accepit lampade fluctus
Postq; est peruentū scopuli flagrantis in ora.
Protinus arsuras auersa fronte cupressus
Faucibus iniecit medijs. lateq; cauernas
Texit. & vndantē flammarū obstruxit hiatū.
D. ij.

Compresso mons igne tonat. clausulq; laborat
Muciber. obducti nequeunt exire vapores.
Coniferi micuere apices. creuitq; fauillis
Aetna nouis. strident admisso sulphure rami.
Tum ne deficerent tantis erroribus ignes.
Semper inocluduos inopitosq; manere
Iussit. & arcano perfudit robora succo.
Quo Phaethō irrorat equos. quo luna iuuēcos.
Iamq; soporiferas nocturna silentia terris
Explicuere vices. Laniato pectore longas
Inchoat illa vias. & sic ingressa profatur.
Non tales gestare tibi proserpina tēdas
Sperabam. sed vota mihi comūia matrum
Et Thalami. festeq; faces. celoq; canendus
Ante oculos hūmēgus erat Sic numina fatis
Voluimur. & nullo Lachesis discernimē scuit.
Quam nuper sublimis eram. quantisq; proco
Cingebar studiis. que non mihi pignus ob vnū
Cēdebat numerosa parens. Tu prima voluptas
Tu postrema mihi. per te secunda videbar
O decus. O requies. O grata superbia matris.
Qua gessi florente deam. qua sospite nunquam
Inferior Iunone fui. nunc squallida. vilis.
Hoc placitum Patri. cur autem ascribimus illū
His lachrymis? ego te (fateor) crudelis ademi.
Quē te deserui solam. que instantibus vltro
Hostibus exposui. raucis secura fruebar
Nimirum thiasis. & leta sonantibus armis
Iungebam phrygios. quū tu raperere. Leones.
Accipe quas merui poenas. en ora fatiscunt
Vulneribus. grandēsq; rubent in pectore sulci.
Immemor en vterus crebro contunditur ictu
Qua te parte poli. quo te sub cardine quegam.

Quis monstratur erit. que me vestigia ducent
 Quis currus. ferus ille quis est terre ne maris ne
 Incola. que volucrum deprendam signa rotarum
 Ibo. Ibo quocunq; pedes. quocunq; tubebit
 Casus. sic Venerem quærat deserta Dione.
 Efficiet ne labor. rursus te nata licebit
 Amplectis manet ille decor; manet ille genarum
 Fulgor: an infelix talem forasse videbo
 Qualis nocte venis? qualem per somina vidi
 Sic ait. & prima gressus molitur ab Aetna
 Exitiiq; reos flores. ipsumq; rapine
 Detestata locum. sequitur di' persa viarum
 Indicta. & pleno rimatur lumine campos.
 Inclinatq; faces. Omnis madet orbita fletu.
 Omnibus admugit. quocunq; it i' equore fuluis
 Adnata vmbra fretis extremaq; lucis imago
 Italiam Libiamq; ferit. clarescit etruscum
 Littus. & accenso resplendent equore Syrtes.
 Antra procul Scyllaea petit canibusq; reductis
 Pars stupefacta silet. pars nondū exterrita latrat.

¶ Impressum est hoc egregium Claudiani opus
 Coloniae calcographis ingenuorum fratrum
 Quentel, Anno M, D. x. Nonis Octobribus.

